

secundus Electus rex Daniæ etc. Christiani tertij, foelicis memoriæ, filius, dominus meus clementiss. Hafniæ in templo diuæ virginis Mariæ, regia solennitate, coronatur. Anno etc. 59.

25 augusti. Hoc die ♂, inter 5. et 6. horam post merid. foelici partu enixa est, Serænissima Daniæ Regina Domina Sophia, nata Ducissa Megalburgensis etc. filiam primogenitam, Principem ac Dominam ELIZABETAM etc. Anno 1573. Die 26. proximi mensis Octobris, ipsius Illustritas, in loco natali, in arce nempe Coldinga baptizatur.

28 augusti. Moritur affinis meus Jacobus Petri Malchinij peste, Anno 1565.

3 september. Hoc die, que fuit Dominica 15. post Trinitatis, hora prima, minuto 15. aut circiter post merid. anno 1570, nascitur Hafniæ foelic admodum partu, charissimus filius meus, Fridericus Paselick. Quem ex sacro baptismatis fonte susceperunt, nomine Serenissimi ac potentissimi Principis ac Domini, Domini Friderici secundi Daniæ, Noruuegiæ etc. Regis etc. Maiestatis ipsius Cancellarius d. Iohannes Frijsius, Ottho Brockenhusius, Iacobus Huitfeldt, Martinus Barnecouuius, Iohannes Franciscus Medicinæ Doctor, et Petrus Iohannis Quæstor Regius. Matronæ, domina Anna Oxenia, vxor Francisci Banneri, Anna Stöteburgia D. Alberti Cnopperi, et Anna Suuelundia Nicolai Truckenbrodt Secretarij Regij vxor. Sereniss. Rex 12. Rosatos, Dominus Cancellarius Porthugalensem Reliqui Rosatum vnum singuli dono dederunt.

5 september. Hoc die Serenissima et optima Regina nostra, cum Principib. liberis, transiuit populosissimam ciuitatem Lübecam cum ex Ducatu Megalburgensi rediremus; in Holsatiam, ac deinceps in Iutiam, per australem, in septentrionalem profecturi. Anno 1579.

6 september. Hoc die, anno 1565. inter 5. et 6. horam vespertinam, moritur honestiss. foemina Ilsa Frysia, soror cariss. vxoris meæ, in pia confessione et inuocatione filij Dei, cuius anima requiescat in pace.

12 september. ♀ Catharina, filia honestiss. viri d. Henningi Brackwagens Senatoris Rosto: consobrina vxoris meæ, cum ageret 24. ætatis annum in casta virginitate, moritur hoc die, Anno 56.

19 september. Creatus sum Licentiatus, cum meam in Iuris studio diligentiam accuratè in rigoroso examine explorassent, quatuor clariss. viri I. V. Doctores. D. Barthol: Romuleus Florentinus, Rector Magnificus, D. Iohan: Bapt: Weberus, Sueuus. Decanus Facultatis Iuridicæ. D. Franciscus Zoannettus Bononiensis, et D. Nicolaus Euerhardus Phrisius. Anno 1553.

Competitorem vnum habui, virum honestiss., d. Leonhardum Linckium, qui ex Senensi academia venerat. Acta omnia in celebri academia Ingolstadtensi, Anno ætatis meæ 23°.

Hoc die ☩ Serenissimus Princeps d. Ericus XIII<sup>s</sup> Suecorum Rex etc. cum ciuitate et arce Stocholmia captus est à fratre d. Iohanne Finlandiæ Duce. Anno 1568.

D. Anno 1575. nascitur Hafniæ filius meus Ernestus Paselick, Ac moritur ibidem 17. Octobris.

21 september. Vidi boni Imp. [h. e. Friderici III, Austriae Ducis] monumentum Viennae ad. S. Stephanum.

‡. Sis memor praesentiae et protectionis DEI. Hoc n: die cum, ad celebrandas carissimae filiae meae nuptias, in Rugiam profecturus, Rostochio discederem, inter pagos Finckenthal et Røuershagen, duo lasciuentes equi, trahentes eum currum, quo tres liberi mei, Dorothea filia, et Fridericus et Nicolaus, post matrem et sponsam vehebantur, habenis ex manib: Aurigae excussis, concitatissimo cursu soluti procedebant. Liberi isti mei, in maximo isto vitae et valetudinis discrimine, Arnaldo Bulonio, et puero meo Christophoro Dücaro, equos istos demum sistentib., mirabiliter seruati sunt. Anno etc. 79. [Senare tillagt:] Error in scribendo commissus est fuit n: ea dies 26. huius.

22 september. Hoc die dux Georgius Megalburgensis fudit Magdeburgensium copias, et circiter 2000 ciuium, et rusticorum interfecit. anno 1550.

29 september. Discessi ex schola Bauarica in Italiam, cum duob. comitib. Ratisbonensibus, Anno. 1553.

Hoc die, Anno etc. 79 in nomine DOMINI et protectione sanctorum Angelorum, cum vxore et omnibus liberis meis, Sundio traiecimus in Rügiam, et venimus eo vesperi Bergas, ad Hinricum Normannum eius Ducatus Praefectum, futurum Generum meum.

1 oktober. Anno etc. 85 emigrauit ex hac vita, Illustriss. ac optima, Princeps Domina Anna, vxor Ducis Augusti Saxoniae Electoris etc. Soror Seroenissimi Regis nostri.

Anno 86. eodem die Kalend. Octobris, vita functus est Illustrissimus et Magnanimus Princeps, Dux Adolphus Holsa[tiæ].

6 oktober. Hoc die ♂. quod auspdatum, foelix, et faustum sit, tam pro optima filia et exoptatissimo genero: quam pro vtraque, Normannorum ac Paselicorum familia celebrantur, mediocri cum solennitate, Bergis in Rugia, nuptiae filiae meae Catharinae. Anno 79.

7 oktober. ☩. In nuptijs filiae meae Catharinae, quas tam Seroenissimi et optimi Daniae et Noruegiae Regis etc. Domini mei clementissimi, quam Illustrissimorum Principum, ac Principissarum etc. Pomeraniae, ac Megalburgensium, Legati etc. cum nonnullarum ciuitatum et Academiæ Deputatis, honorificentissima praesentia sua, condecorarunt: munera aurea et argentea, sat magno numero et valore, Bergis in refectorio monialium, publicè, cum solennib. orationib. offeruntur. Anno 1579.

11 oktober. Hoc die Berga discessimus, et deduxi carissimam filiam meam, in nomine DOMINI, ad nouum Maritum Hinricum Normannum in praedium ipsius auitum, Dubnitze, in Jasmunde situm.

14 oktober. N. B. Anno 86. ☩. piè et placidè moritur Illustrissima et Opt. Princeps, Domina Elizabetha etc. Ducissa Megapolensis, Amita et Socrus, Serænissimi Regis Domini nostri clementissimi, Coniunx Illustrissimi Principis Domini Ducis Vrici etc. in curia Gietzærensi: quo, ipsa Regia Maiestas cum Seroenissima Regina, hospites istos exoptatissimos, in Ducatum Megapolensem

## Eiler Akeleyes och Caspar Paslich d. y:s anteckningar.

15 januari. Hunc librum vindicat Hilarius Achilæus, et est ejus verus possessor,

Codicis Hæredem, si vis cognoscere lector  
Suscriptum nomen, respice quæso meum

Hilarius Achilæus  
m. manu p

Nemo petit coelum, nisi per Christe (!) redemptor[em]  
À te sit salus non aliunde venit

*Ἐμὸς ἔρως ἔσθαι*

Hilarius Achileus f: Hilarij  
suapte manu p

16 januari. Olive Nettelhorst.

Vnk Frue Øliffue Nettelhorst Gerloffs Datter Caspar Paslick Fredricksön till Rönnebeckisholm mp<sup>1</sup>.

S. 83 under den 1. februari uppräknas Fredrik Paslicks och Magdalene Gabrielsdotters barn: Caspar Paslick, Fredrik Paslick, Baltzar Paslick, Knud Paslick, Elsebet Paslick, Margrette Paslick och Juditte Paslick. Stilen är sannolikt den yngre Caspar Paslicks.

26 juli. Anno 1643 daa war min farbroder sön her paa soer och laa till Mester Steffen och war her fraa onsdag till fredag, saa Reiste hand till Rönnebeckisholm, Eilert Ackelej.

29 juli. Anno 1643 den 29 julij Rieste ieg och min broder Allexander till Rönnebekisholmb och her war bartzell paa Soer den samme dag med hoffmesters barn och wi laa siug der begge tu i otte dage, Eilert Ackelej.

13 augusti. Anno 1643 den 13 Augusti daa Reiste ieg och min broder Allexander fra Rönnebekisholm till Soer, och den samme dag war der examen i scholen och wi war intit til examen och ieg haffde breff till hoffmester och till scholemesteren fra Knud Paslick. Eilert Ackelej. [Tillagt av annan hand:] Knud Paselick Fredericksön, Øliffue Nettelhorst Gerloffsdatter.

25 september. Den 25 Septembris kom Holckerius schollemester fra Aarhus och haffde ingen bud till os, den same dag war Albert Hondorff her paa Soer och jeg fick papir aff schollemesteren 2 Aarck.

21 november. Anno 1643 den 21 Novemb: daa fick ieg bud fra Jonstrup.

---

<sup>1</sup> Denna anteckning är gjord av Caspar Paslick d. y. Olive Nettelhorst blev sedermera hans maka.